



K.R. 36.C.





fox. 1692.

Ex Alms Hoffmann

J P J

Adv. Bibl.

Handwritten text, possibly a signature or date, including the word "January" and "2001".

Handwritten text, possibly a name or title, appearing as a faint mark in the center of the page.

# Catalogus Librorum BIBLIOTHECÆ

Juris Utriusque, tam Civilis quam Canonicæ, Publici quam Privati, Feudalis quam Municipalis variorum Regnorum, cum Historicis Græcis & Latinis, Literatis & Philosophis plerisque Celebrioribus;  
A Facultate Advocatorum in Supremo *Senatu* Judicium in  
SCOTIA, in usum Cupidæ Legum Juventutis, Constructæ.

Una cum Præfatione doctissima

D. *Georgii Mackenzie a Valle Rosarum*  
Ejusdem Facultatis *Decani*.



EDINBURGI,

Ex Officina Typographica *Georgii Mosman*. Anno Dom:

M. DC. XCII.

Adv. Bili.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637

Acquired from the  
Library of the  
University of Chicago  
Department of  
Chemistry

U. S. DEPARTMENT OF AGRICULTURE  
BUREAU OF PLANT INDUSTRY



U. S. DEPARTMENT OF AGRICULTURE  
BUREAU OF PLANT INDUSTRY  
WASHINGTON, D. C.



---

---

# PRÆFATIO

IN

*CATALOGUM BIBLIOTHECÆ*

Pure Juridicæ ab Advocatis *Scotis* instructæ;

In quâ de structura ejusmodi Bibliothecæ, & vario in Jure scribendi genere tractatur.



QUINTUS jam volvitur annus, ex quo Advocatorum facultati visum est, donariis & symbolis a Benefactoribus & Candidatis nostris famæ consecratis, Bibliothecam solis Jurisconsultorum scriptis, Juris-prudentiæque inservientibus ornatam erigere & instruere. Et licet rei novitas ad hoc nos allicere possit, cum nulla hujus generis Bibliotheca adhuc extet; primitiæque & DEO & Hominibus placeant; rapiantque in sui admirationem vulgi usu non trita; omnibusque

# P R Æ F A T I O.

arrideat, primos potius etiam minutiorum esse autores, quam in excellentioribus secundos: Hisce tamen solidioribus ad hanc Bibliothecam nostram instruendam adducti sumus argumentis.

Cum virum totum, ingeniumque externis studiis nec implicatum, nec distractum requirat Juris-prudentia, æmulum impatiens; Consonum erat Bibliothecam, in quâ docti nostri versantur, ab hujusmodi studiorum Auctoribus puram conservare, ne ad adulteros amplexus sollicitarentur.

Curiosis & doctis, etiam ditioribus, non erat ea omnium Scriptorum copia, quæ hîc summâ curâ & ordine collecta est, quaque pro indiviso (ut moris erat in aureo sæculo) omnes nunc fruuntur, sine sumptu ullo abundè instructi, sine ullâ sollicitudine locupletati; atque ita nihil nobis nisi ingenium & industria deerunt. Nam quicquid Græca & Romana invenit sapientia, quicquid eorum inventis serior aliarum gentium experientia addidit, quicquid hæc doctorum corona bono publico consignavit, quorum ingenio nihil arduum, nec industriæ impervium, quorum opera quasi semper nova etiamnum delectant, & in quibus nihil est quod suum quisque non optaret, hoc jam nostrum scelici hæc fit adoptio. Nobis vigilârunt *Cujacius*, *Bachovius*, aliique hujus aurifodinæ efflores, quorum sudore & laboribus nos jam ad votum ditati sumus.

Ut olim in foro Attico & Romano, benè fictâ immortalitate, etiam post mortem in statuis suis spirantibus vivebant de Republi-

# PRÆFATIO.

câ bene meriti, ita & hîc, clara illa ingenia, quæ Juris-prudentiam excoluere, in suis vivunt voluminibus, quæ æris instar polita, perenniora erunt ære, quæque ex æsis ab edace tempore statuis inveniet forsan Angelus ille, qui mundum hunc est incensurus. Excogitet stulta adulatio (Nebulonum eloquentia) elogia Tyrannis pessimè adoptata, inficietque marmora vultu malè collocato, virtute solâ sibi quisque statuam eriget duraturam; nam ut quisque fortunæ, ita famæ suæ optimus faber. Rifu enim, non honore sunt digni, qui famam non merentur, sed emunt: Beati autem, quibus gloriæ monumenta, honoris ornamenta, laudis insignia in bonorum doctorumque animis conduntur & collocantur. Vera etiam gloria Juris nostri ducibus hîc attributa, sanam non febricitantem æmulationem, Bibliothecam nostram intransibus accendet, laudandum ambitum, sanctamque veri & justii avaritiam. Scandant alii tribunalia adulatione parata, è quibus pauci descendunt, multi præcipitantur. Nobis placebit *Ciceronem* Advocatum illum gloriosum æmulati, qui ipso *Cæsare* teste omnibus Triumphis tanto majorem Lauream adeptus est, quanto plus erat Ingenii, quàm Imperii Romani terminos promovisse; sanctumque illum *Catonem* mortalium integerrimum, Jurisconsultorum sagacissimum, quem *Virgilius* invidendo exornat Elogio, dum illustrioribus Romanorum ducibus recitatis, nec quò altius assurgeret haberet, Venerandum agmen ita clausit,

..... Et his dantem Jura *Catonem*.

Erit



# PRÆFATIO.

Erit etiam hæc Bibliotheca nostra *Lycæum* aliud, aliaque Porticus, & Stoa, ubi se præclara ingenia innocuis exercebunt velitationibus. Aliquando enim propositâ & in diem alium prorogatâ quæstione, unusquisque eam suis ditabit & decorabit meditationibus, dicenda majore curâ parans, quam si ingenti invitaretur Salario, aliorumque lucubrationibus veluti propriis delectatus, sociorum lumine suam facem accendens. Ita quicquid in jure difficile, expeditum reddetur; & quicquid obscurum, illuminabitur: Dumque omnes scalas difficultati admovent, expugnari eam necesse est. Aliquando etiam mellifluâ oratione, harum doctarum dissertationum asperitas, lævigabitur; & hîc, ut in *Sampsonis* Leone, ex forti dulcedo proveniet. Doctioribus etiam delegabitur provincia justos authorum Characteres, ex probatis Juris-consultis eruendi; cum summâ tamen curâ, ne ab his seducamur, quos ambitio vel ira excæcârunt, quorum vis omnis in aculeo est.

*Hunnii* opera, piis *Bachovii* manibus, tanquam Holocaustum combrenda credimus; iis autem *Fabri* Rationalia, quia Advocatis utilia, non concedemus. Aliis ex hisce Delegatis mandabitur, ut recentiores expendant, quorum censura nondum extat; sed judicium illud in Archiva nostra non est referendum, antequam in frequenti confessu probatum fuerit. Hujus scrutinii exercitio, ingenium nostrum robur acquireret, & vitabunt posteri indoctos, tanquam horrendos & rudes Scopulos.

Libros

# PRÆFATIO.

Libros nostros Juridicos in quinque Scholas divisimus. Prima, est Auctorum Jus Romanum tractantium. Secunda, eorum qui Græcam excoluere Juris-prudentiam. Tertia, est Feudistarum. Quarta, Canonistarum. Quinta, ex Practicis conflatur: Et hæ in inferiores classes subdivisæ sunt:

Inter Juris civilis Auctores primus locus Textui, ejusque variis editionibus debetur; ille enim ut studii nostri, ita & Bibliothecæ fundamentum: Divinum illud opus, quod Cælo potius quàm Romæ debemus, & illinc demissum, ut legislatoribus exemplar, & gentibus arbiter esset; ita collectis hominum votis respondens, ut non ab hominibus, sed ab ipsâ naturâ humanâ fabricatum diceres; essentque illi non operis hujus auctores, sed rectæ rationis, opus dictantis, amanuenses.

Secunda classis erit Veterum, quorum integra opera vel fragmenta, martyrio iis per *Tribonianum* destinato, fœliciter divinâ providentiâ, subducta sunt, qui textus nostri fontes dici possunt.

Tertia erit Glossatorum, qui primi inter Latinos Jus nostrum illustrarunt, quibus successerunt Commentatores glossatorum fratres, sed natu minores; & quos glossas diffusas appellare convenit, casus legum exhibentes, in rationes dubitandi & decidendi inquirentes, & textus inter se conferentes ac conciliantes; licet quidam etiam sint, qui consiliationses has, vel enantiophana per se tractârint.

His

## P R Æ F A T I O .

His proximi sunt Consiliorum auctores, qui de Jure consulti Responſa ſua non, ut veteres, paucis (oraculi inſtar) verbis reddere, ſed & ſententiam ſuam textibus & rationibus plurimis confirmârunt. Antequam enim jus Romanum à foro adoptatum fuerat, dumque ejus ſcientia in Cathedris ſolis adhuc lateret, Profeſſores hi conſiliis ſuis Jus noſtrum oppreſſerunt: poſtquam autem Jus hoc Advocatis innotuit, rarius conſulti Profeſſores, rariora edidere conſilia; ideo ad quæſtiones illuſtres, varias reſolutiones, diſputationes & controverſias ſe contulere: Advocati etiam controverſias forenſes, quibus patrocinaſantur, ubique ferè ſcripſere: Galli autem ſoli Orationes ſuas forenſes, eloquio pariter & eruditione nitidas ediderunt: Controverſiarum verò ſcriptores nuda, & ſicca tantum argumenta nobis tranſmiſere ſua: cujus diverſitatis ratio eſt, quod apud unos Gallos & nos, vivâ voce & fuſè, Romano oreſtur more. Aliarum ergo gentium Advocatos, ut fuſius & elegantius ſuos exornent caſus, Galloſq; ut Orationes ſuas forenſes (vulgò Plaidoyez) Latinè ſcribant, rogatos habemus: ita enim fratribus ſuis alibi orantibus auxilio eſt, & ſicut *Babylone* olim conſuſæ in exitium humanum linguæ, ita & communi noſtrâ Latinâ hoc reſarcietur damnum. Ipa etiam fama Latinè nunc tantummodo loquitur, in cujus linguæ ſocietate docti omnes conjuncti, hanc tanquam ſcientiarum omnium vernaculam, & patriam venerantur.

Incruſtatum olim, quaſi leprâ Philoſophicâ, corpus Juris  
noſtri



# P R Æ F A T I O.

nostri, & mirabatur Jurisprudencia Romana se de præscriptionum causâ formali, & finali, alieno mugientem ore: Sed Græcis & Latinis literis cœlesti beneficio renatis, harum ope, multo pulchrius & perfectius Juris civilis corpus Criticorum curâ limatum resurrexit. Illi enim post *Alciatum*, *Budæum*, *Cujacium*, textum nostrum illustrarunt, vel observationibus, vel emendationibus, vel variis lectionibus: post autem enodatas ab antecessoribus difficultates, ad probabilia tandem descenderunt, quæ in classem unam per se colliguntur. Et licet horum plurimi corpus Juris civilis lacerârunt, non sanârunt, & a practicis nimium negligantur; eorum tamen curæ debemus, quod intelligi possit liber ille, per quem unum alios intelligere possumus. Nec minus harum emendationum ope, quam telescopiis & microscopiis, mirum in modum illustrata est recentioribus hisce sæculis philosophia naturalis: Nam ut ait *Huberus*, qui ad illorum scripta ab *Accursianis* & *Bartolistis* transeunt, non aliter secum agi putabunt quàm si e domo situ, & aranearum telis obsitâ, in ædes pulcherrimas, argento, aureâque suppellectili renidentes ascendant. Eadem argumenta novam, rejectâ *Accursianâ*, glossam scribendi necessitatem evincunt; ille enim annum quadragesimum egressus, antequam linguam Latinam addidicisset, audaciâ forsan vituperandâ glossam aggressus est; cum non solùm ipse, sed & sæculum, in quo vixerat, vim linguæ Latinæ, in quâ *Digesta*, & *Græcæ*, in quâ plurimæ *Codicis* constitutiones, omnesque *novellæ scriptæ*,

## PRÆFATIO.

assequi non potuerit. Illi etiam historia Juris civilis, ejusque formulæ, aliæque antiquitates ignotæ fuerunt; unde evenit, quod a *Cujacio*, aliisque, ejus glossâ meritò in unaquàque ferè castigetur paginâ, tyronesque adhuc incautos seducat, potius quam instruat. Sed licet hoc ævo, non illi imputandum sit; (quia nemo in crepusculo clarè videre potest) cum tamen hodie leges a Criticis puritatem, ab Enantiophanon scriptoribus pacem, a decisionibus supplementa receperint; æquum est ut novâ etiam glossâ, quasi aliâ veste, post tot sæcula splendeat corpus Juris nostri civilis. Verùm committenda est hujus glossæ provincia, non uni sed pluribus, & his etiam, qui inter doctos Juris Coryphæos palmam obtinent; hi enim textus Majestatem verentes, nihil eâ indignum posteris transmittere audebunt.

In glossâ novâ, quam optamus, adjiciendæ forsan legibus Romanis celebriores supremarum curiarum decisiones; quæ has vel interpretantur, vel suppleunt; digestorum stylo & brevitate quantum decrepitæ nostræ eloquentiæ senectus ferre potest, conscriptæ. Quo pacto decisiones hæ, quas dum nunc legimus sæpe sæpius oscitamur, in corpus unum cum Jure Romano quasi coalescent: Vix enim credendum, senatui *Parisiensi*, vel nostro, tot sæculorum experientiâ edocto, minus esse ingenii quam uni Prætori Romano; præsertim antequam Prætores illi *Papiniani* perspicuitate, & *Ulpiani* sedulitate instructi erant, ut sunt nostra hodie tribunalia.



# P R Æ F A T I O.

Paratitularii classem aliam obtinent, qui Juris Romani effigiem miniato quasi opere contractam, sed vero lumine irradiatam nobis exhibuerunt.

Alia classis erit Repertiorum; quibus adscribuntur, qui Conclusiones Generales, Thesauros, Communes Opiniones, Indices, vel Lexica scripserunt. Hæc Jurisconsultorum horrea videntur, in quibus servi tantum laboribus sese frangunt.

In ultimam classem, & quasi in aliam insulam relegandi sunt *Vigelius* aliique Methodistæ, Systematici, Syntagmatici; qui cum omnes ad famam aditus viderent ab antecessoribus suis præoccupatos, Jus nostrum in aliam methodum transfuderunt. Sed cum jus Romanum sine sua methodo addisci non possit, novam excogitando, auditores suos onerarunt potius quam instruxerunt; Ut & illi, qui cum suis *ampliatur decimo tertio, & limitatur decimo nono* lectores nausæâ affecerunt.

Secunda schola eorum est qui Jurisprudentiam Græcam, vel Græco-Latinam condiderunt aut illustrarunt. Jurisprudentiæ ergo Græcæ scriptores (Magnæ gens æmula Romæ) hic inveniuntur: *Athenis & Sparta* primum illuxit Jurisprudentiæ crepusculum, & nascentibus radiis, Romanis viam ad Juris *ακμην* monstravit, quam illi maturâ attigerunt experientiâ, apud quos Justitia in suo culmine effulsit. Postquam autem Roma magis suo luxu, quam externo milite perire cœpit, cum Jurisconsultis periit Jurisprudentiæ gloria: & postquam Jus nostrum per sexcentos

# P R Æ F A T I O.

annos Græcè redditum fuisset, tandem inverso ordine in oriente occidit; Imperio enim Româ *Constantinopolin* translato, ibi etiam Jus Romanum, at sine Romana *scriptura* obtinuit. Placet tamen unamquamque Juris ætatem intueri; & licet *Athenis* infantis instar tantum balbutiret, & in gravi suo senio *Constantinopoli* delirare orsum sit, prodest tamen scire, quid prima naturæ ratiocinantis dictata apud illos suaserint: & quid apud hos statuerit, & comprobaverit usque ad extremum spiritum recta ratio. Nec forsitan saniores Commentarii reperiri possunt in Digesta illa Romana, Institutionesque *Constantinopoli* compositas, quam Græca illa translatio in *Basilicis*, & Græca illa Institutionum paraphrasis apud *Theophilum*: Quæ cum edita essent ipso illo sæculo, quo fabricatum nostrum Corpus Juris, fabricantium sensum in illo concinnando facile aperire & explicare poterant; quod (si DEO placeat) justo opere aliquando latius bono publico apparebit.

Tertia Scholâ erit Feudistarum; quorum textus a Barbarâ gente, sæculo Barbaro congestus, sæculi Barbariem sapit. Jus Civile ubique libertatem Romanam sapit, & libertatem quam sibi optabant Romani aliis concesserunt. Jus autem Feudale servitutem seu vassallagium pro fundamento habuit, eratque servitus apud Juris Feudalis conditores virtutis præmium. Jus tamen hoc; sepulto Jure Romano, vel Eclipsâ passo, radices egit, gentiumque ad jugum natarum depressit ingenium: Cum Jure tamen Romano, postliminio etiam restituto, (tanquam divo fratre) nunc

ubi-

Libertas

servitus

# PRÆFATIO.

ubique fere regnat, suosque habet interpretes in easdem classes distinguendos, qui textum indoctum doctissimis Commentariis, Consiliis, Controversiis, & Decisionibus ornarunt.

Quarta Schola erit Canonistarum; cum enim Jus Canonicum fit Simia duntaxat Juris Civilis, (excepto stylo qui *Gothicus* est) in easdem Classes colligi possunt ejus interpretes; si unam addas ex Casuistis conflata, artem illam animarum insidiatricem, quæ dum iis inservire proficitur, dominari studet. Pro more tamen, & ne hæc nostra Bibliotheca manca videretur, horum quosdam hic exhibuimus, ut non minus habeant nostrates quos fugiant, quam quos sequantur.

Quinta Schola erit Practicorum; inter quos Regnorum Rerumque publicarum Statuta agmen ducunt, quæ nos eadem curâ comparavimus, ac si iis subditi fuissetus. Et ubi vel in condens Legibus, vel formandis Decisionibus, dissidia in nostris Curiis oriuntur, a Jurisconsultis inquirendum, quid in his casibus extræ sentiant gentes: Plus enim valere debet totius gentis, quam unius Doctoris Judicium.

His succedunt, qui Jus consuetudinarium suarum gentium tradiderunt; & forsangemini hi, scilicet Statuta & Consuetudo, Jus scriptum & non scriptum, in unam classem redigi possunt, licet honoris ergo unicuique horum sua debeat regio,

Tertia classis erit eorum, qui in hæc Statuta, vel has Consuetudines, Glossas, Commentarios, vel Observationes scripserunt.

Quarta.



## P R Æ F A T I O.

Quarta erit eorum, qui Decisiones Supremæ cujusque Curiz collegerunt, odi tamen Decisionum prophanum vulgus & arceo, quas vel Magistratum metus extorsit, vel fallens aurum emit, easque etiam quæ oscitantibus excidère Judicibus: Nec saniorum repetitione (ut nunc moris est) lassandus est liber animus; ne quæ erudire debent, nauseam patiant. In harum etiam Decisionum gremio argumenta, & rationes sententiarum genitrices fusè explicatas invenire cuperem, auctoribus ita tum Advocatorum, tum Judicum munera obeuntibus. Optandum tamen esset, ut & in his & alibi, dum germani facti speciem, vel clausulas controversas narrant, non vernaculâ sed Latinâ (Imperiali & victrici illâ) Linguâ uterentur; nam nunc velatâ nobis facti specie, reliqua omnia inutilia redduntur.

Ultimam obtinebunt, modestiæ suavis, Juris nostri Municipalis scriptores; qui ideo pauci sunt, quòd *Scotici* sit ingenii scribenda potius orare & judicare, quàm quæ orarunt & judicarunt scribere.

Sunt & Auctores *Amphibii*, qui vel inter interpretes Juris Civilis, vel Municipalis reponi possunt; & horum præcipui sunt Collatores, vel Juris Mosaici, vel Canonici, vel cujusvis Gentis cum Jure Civili. Loco autem collationum, quæ nunc supra modum turgent repetitione omnium, quæ vel Jure Civili, vel Patrio clariùs & uberiùs traduntur, paucas tantum desideramus schedulas, Leges & Consuetudines illas exprimentes, quas unaquæ.

# PRÆFATIO.

quæque natio Juri Civili addidit; una cum rationibus quibus suaderi possunt, ex quibus postea in librum unum collectis, vicinæ Gentes leges sibi haurient necessarias. Gratum etiam reipublicæ Juridicæ foret volumen unum, gentium dissidentium Jura discrepantia, in oppositis columnis, uno intuitu exhibens; & aliud in quo libere inquireretur, quænam ex his ad rationis normam rectius sint conformata.

Inter *Amphibios* etiam reponendi sunt Tractatum Auctores, qui quicquid vel Textus, vel Critici, vel Commentatores, vel gentium Statuta, vel Decisiones separatim docuerunt, in unum cumularunt: Et hi hodie Lectores omnes ad sese trahunt, & fere detinent; hosque solos ob multitudinem, secundum subjectam uniuscujusque Tractatus materiam, ordine Alphabetico digessimus. Caveant ab hoc oceano (in quo plures miserè obruantur, quam prospere navigant) rates fragiliores, quæ ne vel bolide jactâ fundum attingere queunt, & quibus ejus etiam littus legere periculosum.

Decisionum etiam Scriptores, non solum Regionum earum, ubi jus Romanum obtinet, sed & aliarum, quæ Jure Romano suum ditant, aut inter Auctores Juris Civilis, vel Municipalis numerari possunt. Quidam ut Philosophi Morales, de jure naturæ quædam divinârunt, quæ *nihil ad Edictum Prætoris*: Alii tanquam Theologi de Justitia & Jure integros evomuerunt Tomos, qui inter Canonistas classẽm obtinere non debent, cum etiam Re-

for-

# P R Æ F A T I O

formati hæc tractârint : Alii ut politici de Jure gentium & Jure publico multa nugati sunt, qui inter excentricos per se sunt reponendi ; quorum pauci de Republica Literaria bene meruere, pro re nata, non autem integri, cum honore & fructu legendi. Hæc autem omnia potius ex Jure nostro, quam jus nostrum ex his colligendum est.

Tria sunt Studia Jurisprudentiæ inservientia, *viz.* Historia Critica, & Rhetorica ; & hinc fit quod Catalogus noster abundet Historicis Græcis & Romanis, ex quibus origines & occasiones Legum, ut & indoles Legislatorum elucescere possunt. Ex Poetis etiam, aliisque classicis, vis & energia verborum in Jure nostro frequentium erui potest ; suntque optimi quasi Commentarii in fufissimum illum de Verborum Significatione titulum. Et quia antiquis Commentatoribus Historiæ & Critices Scientiæ ferè prorsus fuerant peregrinæ, ideo Jurisprudentiam, nostram & suam famam tœdis macularunt notis : Nec sine harum ope, *Antonium Fabrum* aliosque Tribunalium Coryphæos, in famæ fastigium provehere poterant, acre ingenium & erudita praxis.

Eam docti omnes colunt Linguam, in qua traditus est Scientiæ cui incumbunt textus ; Theologi Hebræam, Medici Græcam, Jurisconsulti Latinam, & præcipuè Digesta Latini Sermonis fontem purum putum ; quæ *Laurentius Valla* cum arce Tarpeia comparat. Nam ut hæc, urbe captâ & incensâ, non tantum sola mansit inviolata, sed recuperandæ totius urbis & imperii occasionem



# PRÆFATIO.

nem præbuit; ita & hos Libros non modo puros & sanctos, cum omnia Barbariei situ obsita & contaminata jacerent, ait esse servatos; sed per quotidianam illorum lectionem, & semper aliqua ex parte incolumem, atque in honore fuisse Romanam linguam, & brevi suam dignitatem atque amplitudinem recuperasse.

Quoniam etiam Eloquentia est optima Juris (quia & mentis) interpres, ideo quotquot Oratores vel *Græcia*, vel *Latium* genuit, hic suis fulgent radiis. Hi sunt qui veritatem Eloquentiâ exornant, & Jurisprudentiâ armant; quorum sublime ingenium nihil humile dicitur, dumque suadere tantum student, admirationem pariunt.

Nos non fugit, immaturam hanc Catalogi impressionem, quasi expositionem infantis accusari posse: At non hic famæ, sed utilitati consulimus; & hæc eam necessariam reddidit, ut paterentur Senatoribus, tum Advocatis, Oracula hæc quibus justum & æquum dirigi debent; supplebitque hunc defectum, nova post aliud quinquennium editio.

Sperandum gloriæ cupidos, templum hoc Themidis suis donis locupletaturos; & sibi persuasum habeant nostri Benefactores, suam liberalitatem hic diutius, quem in monumentis aliis superstitem futuram; perire enim vix potest, quod literis & eloquentiâ sustinetur. Evacuentur ergo post mortem, in hanc communem, privatæ Jurisconsultorum Bibliothecæ, ut flumina in oceanum; ita enim inofficiosum non erit testamentum, nec posterorum hære-

## PRÆFATIO:

ditatem ita expilabimus ; sed pro pauculis, & forsan pessimis, plurimos & optimos iis comparabimus libros : Et hic, ut alibi, sæpe accidit, ut nihil tam inopiam inferat, quam proprietas, quæ nos arctat potius, quam ditat.

Nos Editiones primas potius, quàm novissimas, diligenter quærimus ; præsumendum enim ipsum authorem illas curasse ; irrepisse autem posterioribus novos errores, præsertim in citationibus, necesse est. Eâdem ratione præferenda credimus opera, vivo adhuc Authore, edita ; incertum enim est an posthuma ultimam receperint manum ; quod in *Cujacii* operibus nimium nobis apparet, ubi pro suis, vulgo quæsti supposititiique partus, nobis forsan obtruduntur ; immaturos verò obtrudi certum est : Sed quia plures sunt editiones præstantiorum præsertim Authorum, idcirco & primæ & ultimæ nitidioresque simul referendæ sunt.

Quod nimio forsan sumptu Libros decoravimus, nobis ignoscendum est, qui Jurisprudentiam tanquam Scientiarum Imperatricem veneratione & colimus. Legislatoris enim est regnare, & regnantes auro, arte, & nobilitate fulgere decet ; Justumque credidimus in hos aurum impendere, quibus aurum debemus.

Spernite, Commilitones doctissimi, ornatissimi, quicquid Cælo inferius, & æternitate brevius ; negligite omnia, præter famam, salaria, cujus archiva sunt libro vitæ proxima. Nobilius est Mundum rectâ ratione, quàm Sceptro regere ; & a sapiente Juriscon-

sulto



# PRÆFATIO

sulto alienum sit, caducis Clientum negotiis, plus quam immortalis suæ Animæ, prospicere.

Supereft tantum ut gratias, quas possumus maximas, agamus *Senatui* nostro illustrissimo, sub cujus auspiciis nostra crevit Bibliotheca, & cujus Decisiones (veras illas & immortales Judicum imagines) in hoc Parnasso, Musarumque sinu, honore merito concelebrabimus. Nec dubitamus, quin, cum numero Studiosorum Juris, crescat *Senatus* cura pro Bibliotheca & eorum privilegiis, quæ sanè *Justiniani* Imperatoris nostri prima cura fuit, dum Juris Studium, ita Legum Studiosis commendaret, *Ut, toto legitimo opere perfecto, possent etiam Rempublicam suam, in partibus ejus ipsis credendis, fœliciter Gubernare.* Hoc enim modo crevit Respublica Romana, non tam Armorum Fortitudine, quam Legum suarum Justitiâ. Nos certe, quantum in nobis erat, Juris studium promovimus, nec non de utilitate Professorum, ad expensas Parentum in educatione Liberorum recidendas, eorundemque necessitate, ad errores in Jure nostro tam publico quam privato corrigendos, semel atque iterum statuimus: Sed eorum Institutionem tantum domi desideratam, & à *Senatu* nostro Clarissimo, jamdudum in Academia *Ja: 6.* tentatam, *Reipublicæ* Administratotibus serio curandam relinquimus.

CATA-

.cor nāi nāpū aīo pīr . . .  
 . . .  
 . . .  
 . . .  
 . . .

**DISTICHON.**

*A* Josepho Scaligero *in Epitaphio* Georgii  
 Buchanani *mutuatum.*

*Imperii fuerat Romani Scotia Limes,*  
*Finis & Eloquii, nunc quoque Juris erit.*

*W. A.*

---

Cata-

---

# Catalogus Librorum BIBLIOTHECÆ

A Facultate Advocatorum in Supremo Senatu Judicum in Scotia, in usum Cupidæ Legum Juventutis Constructæ.

## LIBRI JURIDICI.

IN FOLIO.

### A

**A** COSTA (*Nonius*) de privilegiis Creditorum, *Genevæ* 1670.  
**ACTS OF PARLIAMENT**, (commonly called the Black Acts) *Edinburgh*. 1565.

**ACTS** of the meeting of Estates of the Kingdom of *Scotland*, and Laws and Acts of the first Parliament of K. *William* and Queen *Mary*, Anno 1690. *Edinburgh* 1690.

**ACTOLINII** (*I. P.*) Resolutiones forenses, *Genevæ* 1686.

**ÆRODII** (*Æetri*) Pandectæ rerum Judicatarum, *Genevæ* 1677.

**De AFFLICTIS** (*Mattheus*) super 3. primis feudorum libris, *Francofurti* 1598.

**ALCIATI** (*D. Andrea*) Opera *Basilee* 1582. in 4 vol.

**ALCIATUS** (*Andreas*) de Magistratibus civilibus ac militari-  
bus, *Basil.* 1552.

A

AL-

ALDERISIUS (*Albertus*) de Symbolicis contractibus *Genev.*  
1678.

De Hæredibus illisq; diversis, *Neapoli* 1683.

ALEXANDRI Tartagni consilia, *Francofurti* 1675. in 2 vol.

ALTESSERA (*Antonius Dadinus*) in 5 Libros Decretalium  
Innocentii tertii *Lutetiæ Parisiorum* 1666.

De AMATO (*Antonii*) Variæ resolutiones juris, *Lugduni* 1668

de AMAYA (*Francisci*) Opera. *Lugduni*, 1667.

AMICANGÆLI (*Josue*) Quæstiones feudales, *Neapoli* 1653. —

ANDREÆ (*Joannis*) Commentarii insignes (vulgo *Novellæ*) in  
sextum Decretalium, *Lugduni* 1550.

ANDREOLI (*Jo. Francisci*) controversiæ Forenses, *Genev.* 1668,

ANGLEBERMEI vide ENGLEBERMEI,

ANSALDII (*Francisci*) Tractatus de Jurisdictione *Lugd.* 1643  
Consilia, *ib.* 1645.

ANSELMII (*Antonii*) Consultationes & Consilia, *Antwerp:* 1671

ANTONELLI (*Job: Carol.:*) Tractatus de Tempore legali, *Jenæ*  
1672.

ANTONII (*Nicolai*) Repertorium ad Joan: del Castillo Soto-  
mayor. *Lugduni*, 1686.

Tractatus de Exilio. *Antwerp.* 1659.

ARCHIDIACONUS Bononiensis in Sextum Decretalium,  
*Lugduni* 1547.

ARGELLUS (*Cæsar*) de Legitimo contradicatore. *Colon.* 1662. —

ARGENTRÆI (*Bert.*) Commentarii in consuetudines ducatus  
Britanniæ, *Bruxellis* 1664.

ARMACANI (*Alexandri Particij*) Mars Gallicus sive de Justi-  
tia armorum & fœderum regis Galliæ libri duo. *Anno.* 1635. —

Par ASHE (*Tho.*) promptuarie ou Repertory general de les &  
Annales plusors autres Livres del common ley Dengleterre, en  
2 vol. *London* 1614.

ATTALIATÆ (*Michaelis*) Opus de jure, sive pragmatica facta  
ones



- Imperatoris Michaelis Ducæ jussu, *Francofurti* 1596.  
**AYLLON LAYNEZ** (*D. Joannis*) Illustrationes sive additiones eruditissimæ ad varias resolutiones Antonii Gomezii, *Antverp* 1679.  
**De AYORA** (*Antonius Ayerve*) de partitionibus bonorum communium inter conjuges, parentes, & liberos eorumque Hæredes. *Luduni* 1677.  
**De AZEVEDO** (*Dn. Alphonso*) Consilia, *Francofurti* 1646.  
**D. AZONIS** Summa aurea, *Lugduni* 1550.  
 Commentaria in 12 Libros Codicis, *Parisiis* 1577.  
**AZORII** (*Joannis*) Institutiones Morales in quibus universæ quæstiones ad Conscientiam recte & prave factorum, pertinentes breviter tractantur, *Lugduni* 1625.  
**Ab AZPILCUETA** (*Martini*) Consilia in quinque libros Decretalium, *Coloniæ Agrippinæ* 1616.

**B.**

- BACHOVII** *Echtii* (*Renihardi*) Exercitationes ad partem posteriorem Chilados *Antonii Fabri*. *Francofurti* 1624.  
**BAIRD of NEWBYTH** (*Sir John*) his Practiques. A manuscript.  
**BALFOUR's** Practicks. A Manuscript.  
**BAITELLI** (*Ludovici*) Decisiones de ultimis voluntatibus. *Genevæ* 1687.  
**BARBOSÆ** (*Augustini*) Collectanea in Codicem Justiniani. *Lugduni* 1657. in 2 Vol.  
 Summa Apostolicarum decisionum. *Lugduni* 1658.  
 Praxis exigendi pensiones. *Ib.* 1663.  
 Collectanea in jus Pontificium universum. *Ib.* 1672 in 5 Vol.  
 Collectanea decisionum loca Tridentini concilii referentium, *Lugduni* 1672.  
 Jus Ecclesiasticum universum. *Ib.* 1677. in 2 Vol.  
 Tractatus varii, *Ib.* 1678.

- Pastoralis sollicitudo. *Lugduni* 1679 in 2 Vol.  
 Tractatus de Canonicis & dignitatibus. *Ib.* 1675.  
 BARBOSÆ (Dn. *Pet.*) Commentarius de soluto matrimonio.  
*Lugduni* 1668. in 2 Vol.  
 De BARRY (*Francisci*) de Successionibus Testati ac Intestati.  
*Lugduni* 1670.  
 BARTOLI a Saxoferrato Opera. *Basileæ* 1588. in 5 Vol.  
 BASILICA Gent: Herveto, & Jac: Cujacio interpretibus. *Hannovia* 1606.  
 V. FABROTI BASILICA.  
 Par BASSET (*Maistre Jean Guy*) Plaidoyez. A *Grenoble*  
 1668.  
 BELLAMERA (*Ægidius*) in primum & secundum libros Decretalium *Lugduni* 1548. 1649. in 4 Vol.  
 Eiusdem opus remissorium in decretum Gratiani. in 2 Vol.  
*Lugduni* 1550.  
 BELLI (*Ludovici*) Consilia. *Colonia Allobrogum* 1635.  
 BELLUGÆ (*Petri*) Speculum principum. *Bruxellæ* 1655  
 BERLICHII (*Matthæi*) Conclusiones practicabiles. *Lipsiæ*.  
 1670. in 2 Vol.  
 BERTACHINI (*D. Jo*) Repertorium. *Lugduni*. 1584. in 4  
 Vol.  
 BESOLDI (*Christophori*) Consilia Tubingensia. *Tubingæ* 1661.  
 in 3 Vol.  
 Thesaurus practicus, cum novis additionibus *Norimbergæ*  
 1666  
 BICHII (*Cælii*) Decisiones sacræ rotæ Romanæ. Sumptibus *Leonardi Chovet*. 1673. in 2 Vol.  
 BISSET's (*Habbakkuk*) Rolls of Court. A Manuscript.  
 BOERI (*D. Nicolai*) Decisiones Burdegalenses. *Lugduni*  
 1593.  
 Consuetudines Bituricenses. *Francofurti* 1598.

BOLTON's (*Richard*) Collection of the Statutes of Ireland.  
*Dublin* 1621.

BOSSII (*Joa. Angeli*) Tractatus de dote. *Lugduni* 1662.

BOTTILIERI (*Caroli Antonii*) Tractatus de Successionibus ab  
intestato. *Coloniæ Agrippinæ* 1688.

Par M. BOUCHEL la Bibliotheque, ou tresor du droit Fran-  
cois. A *Paris* 1671. en 3 Vol.

BRANCATI (*Laurentii*) Epitome omnium Canonum. *Romæ*  
1659.

BREDERODII (*P. Cornelii*) Thesaurus dictionum & sententia-  
rum è Bartoli operibus omnibus per locos communes collect-  
us. *Frankofurti* 1660.

Tractatus de Appellationibus. *Frankofurti* 1660.

Par feu BRODEAU (*M. Julien*) Coustume de la Prevost & Vi-  
comte de *Paris*. A *Paris* 1669. en 2 Vol.

BRUNNEMANNI (*Job.*) Commentarius in Pandectas. in 2  
Vol. *Frankofurti ad Viadrum* 1663.

BUDÆI (*Gulielmi*) Annotationes in Pandectas. *Lugduni* 1535

BURSATI (*D. Francisci*) Consilia *Frankofurti* 1601. in 2 Vol.

C.

CABALLI (*Petri*) Resolutiones criminales. *Frankofurti*  
1613.

CAIMI (*Jacobi*) Lucubrationes varix. *Patavii* 1685.

De CALDAS (*Francisci*) Pereyra & Castro opera omnia. *Fran-  
kofurti & Lugduni* 1669. in 6 Vol.

De universo jure emphyteutico syntagma tripartium. *Fran-  
kofurti* 1612.

CALVINI alias *Kabl* (*Job.*) Lexicon Juridicum. *Genevæ*  
1670

CAMARELÆ (*Francisci*) opus de Legatis, & singulis rebus  
per fidei commissum relictis. *Venetijs* 1681.



- De CAMBANIS (D. Vitalis) Tractatus clausularum. *Francofurti* 1578.
- CAMERARII (Bartholomæi) Repetitiones feudales. *Neapoli* 1645.
- CAPITULARIA Regum Francorum, *Parisus* 1677 in 2 Vol.
- CAPONI (Julii) Disceptationes forenses ecclesiasticæ, civiles, & morales. *Lugduni* 1677. in 4 Vol.
- CAPYCII LATRO (Hectoris) Decisiones novissimæ Consilii Neapolitani. *Genevæ* 1681.  
Consultationes juris selectiores. *Ib.* 1686.
- CARENÆ (Cæsaris) Tractatus de officio sanctissimæ inquisitionis. *Lugduni* 1669.
- CARLEVALII (Thomæ) Disputationes de judiciis. *Lugduni* 1668.
- CAROCII Tudertini (Vincentii) decisiones. *Francof.* 1602.
- CARPZOVIANUM Repertorium. *Lips.* 1676.
- CARPZOVII (Benedicti) Jurisprudentia ecclesiastica seu consistorialis. *Lips.* 1673.  
Processus juris in foro Saxonico. *Jenæ* 1675.  
Commentarius in legem regiam Germanorum, sive capitulationem imperatoriam, Juridico-historico-politicus. *Francof. & Lips.* 1677.  
Practica nova imperialis Saxonica rerum criminalium. *Witteberg.* 1677.  
Responsa juris electoralia. *Lips.* 1683. in 2 Vol.
- De CARVALHO (Joannis) Tractatus de legitima, Falcidia, & Trebellanica. *Lugduni* 1677.
- De CASTILLO, v: SOTOMAYOR.
- CASTRENSIS vel de CASTRO (Pauli) Opera in Digestum & Codicem. *Lugd.* 1511. in 4 Vol.  
Consilia. *Ib.* 1548.



- Door CAU (Mr *Cornelis*) Groot plaacet boek vervalt ende de placaten ordonnantien, ende edicten vande door luchtige, hoogh mog. heeren Staten general de vereemgh de Nederlanden, ende vande Ed: Groot mog heeren Staten van Hollandt en Westvri-flant, mitfgaders vande Ed: mog. heeren Staten van Zeelandt. in *S. Graven-hage* 1658, in 3 Vol.
- CELSI (*Angeli*) Decisiones sacrae rotæ Romanæ. *Rom.* 1673
- CENCII (*Lud.*) Tractatus de censibus. *Lugduni* 1658.
- Par CHANTEREAU le Febure (Mr *Louis*) Traite des Fifs, & de leur origine. *A Paris* 1662.
- CHASSANÆO (*Bartholomæi*) Consuetudines ducatus Burgundiæ. *Francofurti* 1599.
- CHRISTINÆI (*Pauli*) Commentaria ac notæ in leges municipales civitatis ac provinciæ Mechliniensis. *Antwerp* 1671  
Practicarum questionum, rerumque in supremis Belgarum curiis actarum & observatarum decisiones. *Antw.* 1671 in 3 Vol.
- CIARLINI (*Joan Baptistæ*) Controversiæ forenses Judiciorum *Lugd.* 1671. in 2 vol.
- CIRONII (*Innocentii*) Opera in jus Canonicum *Tolosæ* 1643
- CLARI (*Julii*) Opera *Lugd.* 1661.
- CODEX Legum antiquarum. *Francof.* 1613.
- COKE (Sir *Edward*) upon the Institutes of the Laws of *Eng-land.* *Lond.* 1670. in 3 vol.  
His Reports *Ibid* 1656, 1677, 1680. in 3 vol.
- COLERI (*Matthiæ*) practica universalis de processibus executivis in causis civilibus. *Colon. Agrippinæ.* 1686.  
Consilia juris, *Lipsiæ* 1612.
- CORASII (*Joan*) Commentarii in Digestum vetus *Lugd.* 1584  
In Pandectas & Codicem *Wittebergæ* 1613. in 2 vol.
- CORPUS Juris Canonici *Lugd.* 1671. in 3 vol.  
Idem *Taurini.* in 3 vol.
- CORPUS Juris civilis cum notis, *Antwerp.* 1575.

- Glossatum Lugd. 1627. in 6 v. l.
- CORRADI (Pyrrhi) Praxis Beneficiaria Col. Allobrogum 1679
- De CORTIADA (Don Michaelis) Decisiones Senatus Catalo-  
nici, Lugd. 1677.
- COTHMANNI (Ernesti) Consilia ac Consultationes in 3 vol.  
Francof 1662.
- COVARRUVIAS (Didaci) Opera Genev. 1679. in 2 vol.
- COUSI UME du Balliage de Troyes a Paris, 1681.
- CRAGII (Mr. Thomæ) Jus feudale, Lond. 1655.  
Tractatus de Unione regnorum Britannicæ C. M. S.  
Tractatus de Homino, C. M. S.  
Tractatus de Successione Regni Angliæ. C, M, S,
- CRAVETTIÆ (Aymonis) Consilia. Francof. ad Mœnum 1593.  
in 3 vol:
- CRESPI de Valdauca (Christophori) Observationes illustratæ  
Decisionibus, Antwerp: 1667
- CRUSII (Christophori) Tractatus de Judiciis delictarum  
Rinphelij 1682.
- CUJACII (Jacobi) Opera priora & Posteriora, Lutetiæ Parisio-  
rum, 1658. in 10 vol.  
Liber 60 Basilicœn, Hanov: 1606,
- GULROSSE'S Practiques a M. S,

## D.

- By DALRYMPLE of Stair. (Sir James) The Institutions  
of the Laws of Scotland, Edinburgh 1681.
- Decisions of the Lords of Session with the Acts of Sederunt  
Edingurgh 1683, 1685. in 2 vol.
- By DALTON (Michael) the Country Justice, London 1682:
- DAMHOVDERII (D Jodoci) & aliorum praxes rerum Crimi-  
nialium, Francofurti 1587. in 2 vol.
- Rerum civilium & Criminalium praxis, Antwerp: 1646.

DARTIS

- DARTIS (*Joannis*) Opera canónica. *Parisus*. 1656.  
 DAUTH (*Joannes*) de Testamentis. *Francofurti*. 1670.  
 DECH (*Philippi*) in decretales commentaria. *Lugdun.* 1581.  
 DEXART (*Joannis*) Conclusiones Sardinenses. *Neapoli*. 1636.  
 DONELLUS (*Hugo*) in Jus civile. *Francofurti*. 1626.  
     In Codicem Justinianum. *Ib.* 1622.  
     Donellus enucleatus. *Antwerp*. 1642.  
     Commentarii in varias partes Codicis. *Lugd. Batav.* 1577  
 Les definitions du DROIT Canon. *A Paris*. 1679.  
 D. DUARENI (*Francisci*) Opera. *Lugduni*. 1584.  
     Eadem. *Francofurti*. 1607.  
 By DUGDALE (*William*) The Baronage of England. *London*. 1675. in 2 Vol.  
 DUNOZETI (*Gulielmi*) Decisiones. *Romæ*. 1672.  
 Par Monsieur DUPUY Traitez touchant les droits de Roy *res-*  
*chrestien.* *A Roven*. 1670.  
 DURANDI (*Gulielmi*) Speculum juris Cæsarei Pontificiique,  
*Francofurti*. 1612. in 2 Vol.  
     Idem. *Lugduni*. 1538.  
     Idem. *Basil.* 1563.  
 The Decisions of the Lords of Council and Session, observed by  
 Sir *Alexander Gibson* of DURIE. *Edinburgh.* 1690.

E

- ENGLEBERMEI (*Pyrrhi*) Consuetudines Aurelianæ. *Fran-*  
*cofurti*. 1598.  
 De ESCANNO (*Ferdinandi*) Tractatus de Testamentis. *His-*  
*pali*. 1676.  
 Les Ouvres d'ESPEISSES. (*M. Antonie*) *A Lyon*. 1677, en  
 2 Vol.  
 EVERHARDI (*Nicolai*) Solennis repetitio Capituli Quoniam  
 contra falsam. *Francofurti*. 1618.

B

F. FABER



## F.

- FABER (Petrus) ad tit: de diversis regulis juris antiqui. Parisiis 1585.
- FABRI (Antonii) Conjecturæ juris civilis. Colonia Allobrogum. 1630.
- FABRI (Joannis) syntagma triplex juris Civilis & Criminalis, Canonici & Feudalis. Geneva 1679.
- FABRIANUS Codex definitionum forensium & rerum in sacro Sabaudicæ senatu tractatarum. Geneva. 1674.
- FABROTI (Caroli Annibalis) Basilica Gr. Lat. Parisiis. 1647 in 7 Vol.
- Notæ in libros 4 Institutionum Iustiniani. Lutetia Parisiorum. 1658.
- FACHINEI (Andree) Opera. Lugduni 1605. in 2 Vol.
- FAGANI (Prosperi) Commentaria in libros Decretalium, Colomæ. 1683, in 3 Vol.
- D. FANTINI Decisiones S. R. R. ad tractatum Blasii Michaelorii de Fratribus. Geneva. 1664.
- Decisiones diversorum tribunalium, de positionibus Gene. 1667
- DE FARIA (D. Didaci Ybannes) Additiones ad Covarruviam. Lugduni 1676.
- FARINACII (Prosperi) Opera. Francofurti. 1606. 1621. 1649. in 9 Vol.
- Tractatus de Testibus. Osnaburgi. 1677.
- FAUST (Maximiliani) Consilia pro Ærario. Francofurti. 1641
- DE FEDERICIS (D. Hieronymi) Resolutiones Criminales. Francofurti. 1622.
- FELTMANNI (Gerhardi) Commentarius ad lib: 1. & 2. pandectarum. Lipsiæ. 1678.
- FERMOSINI (Nicolai Rodriguez) Opera. Lugduni. 1657. in 9 Vol.

FERRARI (Joannis) in usus Feudorum collectanea. Francofurti. 1554.

FICHARDI (Joannis) Consilia. Darmstadii. & Gise. 1677.

Par de FILEAU (Jean) Decisions Catholiques. A Poitiers. 1668.

FONTANELLÆ (Joannis Petri) Tractatus de pactis nuptialibus. Genev. 1684. in 2 Vol.

Decisiones senatus Catholonix. Lugduni 1668. in 2 Vol.

FRANCES (Didaci Antonii) Tractatus de competentis jurisdictionis. Lugduni. 1667.

FRANCI (Philippi) Commentarii in 6 Decretalium librum. Basili. 1627.

FREHERI (Marguardi) Tractatus de fama publica. Francofurti ad Mœnum. 1588.

Par Mr. du FRESNE (Jean) Journal des principales audiences du parlement. A Paris. 1678. en trois Vol.

FRITSCHII (Abasveri) Corpus juris Venatorio Forestale. Jenæ. 1677.

Consilia & responsa juris varia. Rudolphstadii. 1679. in 2 Vol.

FULGINEUS (Franciscus) de jure Emphyteutico. Genev. 1665.

FUSARI (Vincentii) Tractatus de Substitutionibus. Genev. 1675.

## G.

GAILII (Andree) Consilia. Francofurti. 1662.

GAITUS (Joannes Dominicus) de Credito. Colon: Allobrogum. 1669.

GALEOTA (Fabii Capycii) Responsa fiscalia Selectiora. Genev. 1686.

GALLERATI (Pauli) Tractatus de Renunciationibus. Genev. 1678.

- GARCIAE (Nicolai) Tractatus de Beneficiis. *Lugduni*. 1680  
in 2 vol.
- Le GAUFFRE (Ambrosii) Synopsis decretalium, *Lutet. Parisiorum*. 1643.
- GENOVÆ (Nicolai) Tractatus de Scriptura privata. *Venet.* 1668
- GIBALINI (Josephi) Tractatus de usuris & commerciis. *Lugduni*. 1657.  
De universa rerum humanarum negotiatione. *Lugduni*. 1663.  
in 2 vol.
- GIBSONE of Dury, (Sir Alexander) Sir Thomas HOPE and others, their Practiques, reduced into Titles, a M. S. in 3 vol.
- GIURBA (Marius) in consuetudines Messanenses. *Lugduni*. 1673.  
Ejusdem Decisiones Criminales, *Genev.* 1645.  
Decisiones Novissimæ, *Genev.* 1675.  
Repetitiones de successione feudorum, *Lugduni*. 1679.
- GOLDASTI (Melchioris) Constitutiones Imperiales, *Francfurti ad Mœnum*. 1673. in 2 vol.
- GOMEZII (Antonii) Resolutiones juris, *Antwerp.* 1634.
- GOSFUIRD's (Sir Peter Wedderburne) practiques. a M. S.
- GOTHOFREDI (Dionysii) Corpus Juris Civilis, *Colon. Allobrogum*. 1615.  
Idem *Colon. Agrippinæ*. 1664. in 2 vol.
- GRANNANIETO (D Antonii) Commentarii in lib. 2. & 3. Decretalium Gregorii 9. *Lugduni*. 1678.
- GRASSI (Michaelis) Sententiæ receptæ ---- 1639.  
De GRASSIS (Don Carolus) de Effectibus clericatus, & amicitiz Ventis. 1654.
- GRATIANI Decretum cum glossis. *Taurini* 1620.
- GRATIANI (Stephani) disceptationes forenses. *Genev.* 1664.  
in 3 Vol.
- GREGORII Papæ 9. & aliorum decretales. *Taurini* 1621. in 2 Vol. GRE-



- GREGORII (Petri) Syntagma juris universi, Lugduni. 1582. in  
2 vol.
- Opera ad jus Pontificium spectantia. *Genev.* 1645.
- GREVEN (Bernhardi) Practicæ conclusiones juris. *Noriberg.*  
1644.
- GRIVELLI (Joannis) Sequani decisiones senatus Dolani. *Ant-*  
*werp.* 1663.
- GUAZZINI (Sebastiani) Opera criminalia. *Antwerp.* 1676.  
in 2 Vol.
- Tractatus de Confiscatione Bonorum. *Lugduni.* 1675.
- GUDELINI (Petri) Syntagma regularum utriusque juris.  
*Antwerp.* 1646.
- Par GUENOIS (M. Pierre) la grand Conference des Ordon-  
nances & edits royauz. A *Paris.* 1676. en 3 vol.
- GUIDONIS (Papæ) Decisiones Gratianopolitanæ. *Genev.* 1622  
Commentarius in statutum delphinale. *Genev.* 1622.
- GUTIERREZ (Joannes) de Gabellis. *Lugduni.* 1670.
- GUZMAN (Alphonfi) Tractatus de Evictionibus. *Lugduni,*  
1676.

H.

- HAHNII (Henrici) Observata theoretica practica. *Colon. Agrip.*  
1675.
- HARMENOPULI (Constantini) Epitome juris canonici Græ-  
corum. *Francofurti.* 1596.
- HERALDI (Desiderii) Quæstiones quotidianæ & Observatio-  
nes ad jus Atticum & Romanum. *Parisiis.* 1650.
- HERINGII (Antonii) Tractatus de Fidejussoribus. *Genev.* 1675
- HEROICA Juris prudentia *Bruxellis.* 1668.
- HERTOGH de Bertout (Joan: Martini) Dux ad universum jus.  
*Bruxellis.* 1690.
- HERVETI (Gentiani) Imperiales constitutiones. *Hanov.* 1606
- HODI-

- HODIERNA (Jo: Baptista) Controversiæ forenses, *Genev.*  
1667.
- HONDEDEI (Job. Vincentii) Consultationes Juridicæ. *Noirber.*  
1681. in 2 Vol.
- HOPE's practiques. a M. S. in 2 Vol.
- Cardinalis HOSTIENSIS (D. Henrici) Summa aurea. *Lugd.*  
1548.
- HOTMANNI (Francisci) Opera. *Lugduni.* 1599. in 3 Vol.  
Commentatio de Feudis. *Lugduni.* 1573.
- HUNNII (Hilfrici, Ulrici) Encyclopedeia juris universi. *Colon.*  
*Agrip.* 1675.
- HURTADO (Thomæ) Resolutiones morales. *Hispani.* 1659  
Resolutiones morales de Residentia sacra. *Lugd.* 1661: in 2  
vol:

## I.

- Par M. JAMET de la Guesliere (Francois) journal des princi-  
pales audiences du parlement depuis l'annee 1657 jusques  
1678. A *Paris.* 1678 en 2 Vol.
- JASONIS de Mayno Commentaria super digesto veteri, infar-  
tato, novo, & Codice. *Lugduni.* 1649. in 4 Vol:  
Confilia. *Ib:* 1544.
- INDEX to the practiques collected by Dury, Hope and others.  
a M. S. in 3 Vol.
- De INVENTARII beneficio tractatus varii. *Augustæ Taurino-*  
*rum.* 1672.
- JONES (Sir William) Reports, *London.* 1675.
- JOVERII (Francisci) Sanctiones ecclesiasticæ. *Parisiis.* 1555
- De ISERNIA (Andreas) in usus feudorum. *Francofurt.* 1598
- P. IVONIS Parisini jus naturale rebus creatis à Deo constitu-  
tum. *Parisiis.* 1658.
- Imp: JUSTINIANI, Justini, Leonis novelle constitutiones  
*Græce Basileæ.* 1558.



K.

- KAROLI Magni Imperatoris Capitula seu Constitutiones Ecclesiasticae & civiles, *Frankfurti*. 1613
- KEBLE'S (*Joseph*) statutes of the Parliament of *England*. *London*. 1681
- KINSHOFI (*Henrici*) responsa sive Consilia juris, *Brux.* 1653.
- KINSHOFI (*Francisci*) Consilia juris, *ib.* 1653.
- KIRCHOVII (*Laurentii*) Consilia, in 2 vol. *Frankfurti*. 1605
- KLOCKII (*Casparis*) Tractatus Juridico-Politico-Polemico Historicus de *Ærario*. *Noribergæ*. 1671.
- KNICHEN (*Rudolphi Godofredi*) Opus politicum. in 2 vol. *Frankfurti ad Mœnum*, 1682.
- KNIPSCHILDT (*Philippi*) Tractatus politico-Historico-Juridicus de Iuribus & Privilegiis civitatum imperialium, in 2 vol. *Ulmae Suevorum*. 1657.
- KNOBBAERT (*D. Joan: Ant.*) Jus civile Gandensium *Antwerp*. 1677.
- KOPPEN (*Joannes*) Decisiones, *Jenæ*. 1663.

L.

- LANCELLOTTI (*Roberti*) Tractatus de Attentatis & innovatis lite & appellatione pendente, *Frankfurti ad Mœnum*. 1652
- LARREÆ (*Joannis Baptistæ*) Allegationes fiscales, *Lugduni*. 1665.
- Decisiones novæ Granatenses, *Lugduni*. 1658.
- The LAWS and Acts of the Parliament of *Scotland* from K. James the first to K. Charles the second inclusive, *Edinb.* 1681.
- LAWS and Acts of Parliament of K. James the VII. *Ibid*, 1685 1686
- LAWS and Acts of Parliament of *Scotland* of K. William and Q. Mary, *Edinburgh*. 1690.
- Von LEEUWEN (*Simonis*) Censura forensis, *Lugduni Batavorum*. 1678.

- LEOTARDI (*Honorati*) Liber singularis de usuris *Lugd.* 1682  
 LESSII (*Leonardi*) de Justitia aliisq; virtutibus morum libri  
 quatuor *Lugduni.* 1630.  
 LETHINGTON'S Practiques. a M. S.  
 LEUNCLAVII (*Joannis*) jus Græco-Romanum *Francof.* 1596  
 Synopsis Basilicon, Gr-Lat: *Basileæ.* 1575,  
 LIMPII (*Pompeii*) Repetitiones in varias juris civilis Leges cum  
 indice, *Venetiis,* 1608, in 9 vol.  
 LINDWOOD (*Gulielmi*) Provinciale seu Constitutiones Pro-  
 vinciales Angliæ. *Oxonii.* 1679.  
 LINGLOIS (*Petrus Franciscus*) ad 50 Decisiones Justiniani Im-  
 peratoris, a 2do. libro Codicis usq; ad nonum *Antver.* 1622.  
 De LUCA (*D. Carolus Antonius*) de Pluralitate hominis Le-  
 gali; & unitate plurium formali. *Neapoli.* 1683.  
 Praxis Judiciaria Civilis & Criminalis, *Genevæ.* 1686,  
 De LUGO (*Joan*) de Justitia & jure Disputationes. *Lugd.* 1652.  
 Disputationes de contractibus & eorum Obligationibus. *Ib.* 1652  
 LYNCKERI (*Nicolai Christophori*) Concordantiæ feudales.  
*Jenæ.* 1689.

## M:

- By MACKENZIE of *Rosehaugh* (*Sir George*) his Majesties  
 Advocate, Observations upon the Laws and Customes of  
 Nations, as to precedency. part 1. The Science of Heraldry  
 treated, as a part of the Civil Law, and Laws of Nations, part 2  
*Edinburgh* 1680.  
 Observations on the Acts of parliament. *Ib.* 1686.  
 MAGERI (*Martini*) Tractatus Juridico-Historico-Politicus  
 de Advocatia armata, *Francofurti.* 1625.  
 MANENTI Consilia, *Francofurti.* 1612.  
